

injeta illud Deuteronomii: Maledictus, qui non fecerit omnia, quae scripta in Libro sunt Le-  
gis. Verum n. vero infirmabatur Lex in nobis per carnem, ut Legem implere nobis esset impossi-  
bile. Ne itaq. sub dira ista maledictione nobis aeternum esset periculum, Christus Iesus ad totius Le-  
gis observationem nostri causa suscipiendam Circumcisione sua Deo Patri obstrinxit se sponte  
suis sanguinis primitias fundendo solutionis fecit initium. Atq. hinc etiam est quod Christus in  
Scripturis non tantum nobis natus, nobis datus dicatur, sed et Minister adu. Circumcisioni  
Circumcidi praeterea voluit Iesus, ut verum semen se esse Abrahae, cui data erat primitum Cir-  
cumcisio, adeoq. verum se esse hominem demonstraret, utq. testaretur, quod quanta homini  
Elevatio, tanta Dei inclinatio facta sit, quam in una Persona Alteri Patris Alteri Filii,  
iisdem Essentia ac Majestatis, cum Patre Deo et vera hominis natura, in summo honore  
absoluta, admiranda omnibus seculis aggregatione coire. Quid porro s. Circumcidi quod  
voluit Iesus, ut obedientiae Exemplum daret, namq. ille mortali Principi factus obediens usq. ad sub-  
mum et praesepe, usq. ad tributum; ille certe obediendo nobis restituit rem: ipsaq. Sacrame-  
ntum ipsum nobis commendat, ut ad observationem disciplinae a Deo praescriptae nos in-  
vitaret. Recte quoq. Christus exemplo hoc suo obedientiam nos et submissionem animi docere vo-  
luit, ut cum eum, qui legibus omnibus superior erat, Legi tñ paruisse videremus; tanto promptius  
ac libentius colla suavissimo ipsius iugo submitterem. Sic ergo omnino Circumcisio Christi veritate  
suscepte probat humanitatis et in nomine quodest supra omne nomen gloriam indicat. Namq.  
Nempe sicut per lapidem quodum aurum verum probatur, et a falso determinatur: Ita per  
acutum lapidem per cultum vera Christi caro cognita fuit. Novas omnisq. Dominus, post visi-  
bilem suam Ascensionem fore haereticos, qui veritatem carnis ipsius negaturi essent: Novas  
fore, ut alii quidem Christo verum corpus humanum adscriberent, nullum tñ dolorem in eo ipse  
sensus statuerent. Voluit igitur eos et alios Circumcisione sua refutari. Etenim si  
si in carne Circumcisio vera, nec phantastica erat, eadem carnem ipsam seu corpus verum et  
non phantasticum esse oportebat. Et si Christus in Circumcisione sua nullos dolores sensit  
nec illa nobis profuisset. Percepistis Auditores Optimi, cur Christus octavo die circa  
Circumcisionem voluerit. Accipite nunc q. sequitur ordine eiusdem Circumcisionis Dominicae fru-  
ctum. Hunc enim sicco quod dicitur Socco praetorix nefas esse ducere. Concedite autem mihi  
si, ut fructum interim immersum, quem universa hominum gens sensit, verbis paucis vobis expo-  
nam. Nae Circumcisio Dni est, qua ab hoc Legis iugo liberi iam facti sumus, qui tantum  
Circumcisionem spirituales instituitur iubemur, si veram libertatem nancisci velimus. Quid  
an signata corpori incedo nos circumcidamus, iubemur? Nequaquam. An nosmet  
flagellis lacerando cuticisq. miseris modis corpus macerando, ut Monachi solent, nos circum-  
cidamus, iubemur? Nequaquam. An jejunando per quadragesimale Tempus nos circum-  
cidamus, iubemur, itidem respondeo, nequaquam. Quid ergo? Circumcidamus cor nostrum  
iubemur, Adami veteris cupiditates deponendo; Circumcidamus aures, iubemur, ab omni Van-